



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 63. Landgravius coram Cæsare veniam exorans.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](#)

**Sæcul. XVI.** perlegit, illis tamen sese submittere co-  
**A.C. 1547.** gebatur, ea lege, ne ad duriora adstrin-  
 geretur. Cum ergo Imperator rem ad  
 sententiam cessisse cerneret, Wittem-  
 bergam Mauritio Duci cessit, ipse vero  
 quantocius promotis castris in Hassiam  
 contendit, hanc Regionem infestis ar-  
 mis invasurus, si Landgravius data  
 fidem violare moliretur: verum hic ip-  
 fus Cæfari obviam procedens die deci-  
 ma octava Junii Hallam pervenit comi-  
 tantibus eum Electore Brandenburgico,  
 necnon Mauritio Saxonie Duce. Vix  
 hora effluxerat, cum pariter Henricus  
 Brunsvicensis Dux, ejusque filius Ca-  
 rolus Victor ibidem adventarent: alte-  
 ra vero die Christophorus Carlebitzius,  
 qui Cæfari ab Imperii secretis erat, Land-  
 gravium accedens, pacis conditiones ip-  
 sius chirographo firmandas obtulit, cum  
 autem ille id exequi renueret, causatus,  
 additum fuisse, quod Cæfaris esset sin-  
 gulos hujus pacti articulos interpretari,  
 quæ tamen conditio in literis ei per E-  
 phebum allatis non fuisset perscripta.

### §. LXIII. *Landgravius coram Cæsare veniam exorans.*

**Thu. hist. l. c.** **C**um autem Atrebensis Episcopus  
**Steid. p. 673.** Cæfaris Minister ad Landgravii  
 que-

querelas responderet, quod hæc con-Sæcul. XVI.  
ditio nonnisi scribæ negligentia, ac ob- A.C. 1547.  
livione in exemplari ad eum transmis-  
so fuisset omissa, hinc Landgravius mox  
aquietus: renuit nihilominus Tridenti-  
ni Concilii Decretis sese submittere, ista-  
que verba apponi voluit, quod ipse ge-  
neralis, ac liberi Concilii, in quo non  
minus Caput, quam reliqua membra  
emendarentur, sanctionibus parere vel-  
let, eo prorsus modo, quo Brandebur-  
gicus Elector, ac Mauritius Dux se ei-  
dem subjecturi essent. Porro id ex hoc  
fine addidit, quod hi se ab Augustana  
Confessione nunquam discessuros pro-  
misissent. Hac igitur ratione tandem  
pacta fuere firmata, moxque Principes  
circa horam quintam post meridiem  
Landgravium adduxerunt ad Cæsarem,  
qui tum in suo throno confidens cum suo  
Cancellario versabatur. Ubi cum Land-  
gravius coram Cæsare in genua provol-  
veretur, per Cancellarium supplex præ-  
legebatur libellus, quo is crimina in  
Cæsaream Majestatem commissa depre-  
cabatur, simulque effictim rogabat,  
ut illum in suam fidem, ac præfidium  
recipere velit, facta pollicitatione, quod  
deinceps omnem Cæsari fidem, obse-  
quium, & obedientiam præstare para-  
tus sit. Ad hæc Cæsar per Georgium  
Heldum hæc in responsis dari præce-  
pit:

B b 3

pit:

Sæcul. XVI. *Etsi Langravius gravissimam pœnam sit me-*  
A.C. 1547. *ritus, prout & publice constat, & ipse fa-*  
*tetur, ego tamen & pro mea liberalitate,*  
*& quoniam Principes aliquot intercesserunt,*  
*non recuso, quin & a proscriptione is libe-*  
*retur, & neque suppicio, quod est comme-*  
*ritus, neque carcere perpetuo, neque bonis*  
*etiam mulctetur amplius, quam in formula*  
*pacis definitum est: insuper ipsius etiam no-*  
*bilitati, atque populo ignosco, modo pa-*  
*servent, & suum hoc tantum beneficium de-*  
*inceps agnoscant.*

Hujus perdemissæ subjectionis Spe-  
 ctatores erant Maximilianus Archidux  
 Ferdinandi Regis Filius, Philibertus  
 Sabaudiæ, & Albæ Duces, supremus  
 Prussiæ Magister, necnon Atrebatenis,  
 Numburgicus, & Hildesheimensis Epi-  
 scopi præter Henricum, Carolum Vi-  
 ctorem, & Philippum Brunvicensium  
 Duces. Aderat quoque summi Ponti-  
 fices Nuntius, necnon Bohemiæ,  
 ac Daniæ Regum Legati præter Cliven-  
 sis Ducis, ac maritimarum aliquot ci-  
 vitatum Oratores, aliosque ex Nobili-  
 tate quamplurimos.

#### §. LXIV.

*Landgravius præter expectationem*  
*custodiæ datus.*

**L**andgravius, cum de sincero Cæsarisi  
 animo